

1978

N

14

[35/50]





ELEGI TENUES,

cum Iusta solverentur

VIRO

Præ-Nobilissimo, Amplissimo Con-  
sultissimoq; Domino,

DOMINO

CHRISTIANO

SCHULZIO

Phil. & Jur. Utr. Doctori Dynastæ  
in Niemeck,

*Regiminis Saxo-Martib. Advocato-  
rum Ordinariorum Seniori*

Syndicoq; Ord. Eqv. Circuli Delit. merentissimo

Iphis Kal. Octobr.

MDCCXXX.

*beata morte*

rebus humanis exempto

& IV<sup>to</sup> Kal. Nov.

Pompa ferali desiderato,

PATRONO OLIM SUO

decantati

*Schulziani Nominis*

&

BB. AA. Cultore

*in Sebela Lipsiensum Nicolaitano-Senatoria,*

Jo. Christiano Streng,

*Delitio Misnico.*

Delitii, Typis Vogelgefängianis.



Kapitel 78N 14 [50]

Ad

ELEGI TENUES



CHRISTIANO



Ignorum quid laude virorum frustra favillam

Questibus affiduis sollicitare juvat?

Quid tristi cum voce manus ad sidera tendis

Imbribus & falsis pectus & ora rigas?

Euexit quem fato maior ad aethera virtus,

Non lacrimis, alia vult pietate coli.

SCHVLTZIADES, insigne fori decus, heu nec opinus

Occubuit, patriae lumen honorque suae.

Fallor? an accurrit crebro pius ordo bonorum

Et tumulo soluit debita iusta pio.

Ipse ego, quem doctae nondum fecere poetam

Musae, non aeqvis passibus ecce seqvor,

Virtutesque VIRI miror, queis splenduit olim.

Est hoc non artis, sed pietatis opus.

Non raro pingit mentito facta colore

Ars & pro veris ingeniosa refert.

Ast



Ast me sic tenui modulantem solor avena:

Vltima, quae potui munera ferre, fero

Musa mihi memora causas ab origine, quibus

SCHVLTZIADES faecli fama sequentis erit,

Corpus & in cineres cum longa redegerit aetas,

Nomen cur eadem non abolere queat?

Fortunam manibus, si mens non laeva, tenere

Quilibet ac fati conditor esse potest.

SCHVLTZIUS haec reputans THEMIDOS promovit

honorem,

Hinc monumenta VIRO non peritura locat.

Peruigil evoluit sacra*ti* IUSTINIANI

Augusta quondam condita iura manu.

Verfavit patriarum vasta volumina legum.

Excussit putri scripta sepulta situ.

Perplexos canones papaeque sacerrima iura

Noverat & nexos soluere rite dolos.

Viderunt exinde suum fora multa Patronum,

Depulit a iustis ore potente nefas.

Aequabat veteres EIVS facundia PAVLLOS,

Dum trepidis aderant osque manusque reis.

Quas meruit palmas ingens prudentia juris,

Promeret & sanctae religionis amor.

Coetus non spreuit sacri commercia, cultum

Summi promovit, gloria rara! DEI

Viderat JS sacras turpi squalore iacentes

Aedes ac imo pectore congemuit.

Nec tulit hoc pietas SCHVLTZI. Sic sumtibus EIVS

Aedes haud paruis enituere brevi.

Lar-

Largis muneribus Musis succurrit egenis,  
 Legavit miseris distribuenda bona.  
 Hinc & posteritas aeternis nomina fastis  
 Infert, quae poterit rodere nulla dies.  
 Mortalis fortis bene conscius JPSE, peracta  
 Fortuna, terris laetus abire parat  
 Signavitque locum sibi, quo composita iacerent  
 Soluti vinclis corporis ossa SVJ.  
 Ex voto nunc membra tenet pacata sepulcrum,  
 Spiritus aetheria fede receptus ovat.  
 Incola jam caeli terrenis rebus ademptus  
 Virtutis memores nos iubet esse SVAE  
 Et monstrata sequi parili vestigia gressu,  
 Sic cineri dignus rite manebit honos.  
**FORTVNATE SENEX**, aevo venerande sequenti,  
 Ne pietas cineri sit gravis ista, precor.  
 Gratulor ipse **TIBI** pacem faustamque quietem.  
 Aeternum saluae, perpetuumque vale!

Chartae plagulam adhuc vacuum de eo implere placet,  
 quod B. Schulzius in hac eadem Schola Lipsien-  
 sium Nicolaitano-Senatoria, in qua ego, quondam  
 assederit, Academiaq; Se & studiis, à quibus de-  
 lectionem petebat semper ac solatium, rite prae-  
 pararit.



A  
M  
U  
E  
S  
I  
I  
I  
V  
A  
O  
O

ULB Halle 3  
004 858 026



SB

127







ELEGI TENUES,

cum Justa folverentur

VIRO

Præ-Nobilissimo, Amplissimo Con-  
sultissimoq; Domino,

DOMINO

CHRISTIANO

SCHULZIO

Utr. Doctōri Dynastæ

in Niemeck,

*taxo-Martib. Advocato-*

*dinariorum Seniori*

Eqv. Circuli Delit. merentissimo

Ipsis Kal. Octobr.

MDCCXXX.

*beata morte*

us humanis exempto

& IVto Kal. Nov.

pa ferali desiderato,

ONO OLIM SUO

decanati

A

*sziani Nominis*

&

BB. AA. Culore

*phola Lipsienſum Nicolaitano: Senatoria,*

O. Christiano Streng,

*Delitio Miſnico.*

eliū, Typis Vogelgefangianis.

april 78N 14 [50]

Ad

